RELATIONE DELLA POMPA FUNERALE CHE SI CELEBRO' IN NAPOLI, NELLA MORTE DELLA SERENISSIMA REINA...



SECONDA PARTE

Dell'essequie della Serenissima Reina Margherita d'Austria.

Doue si contengono tutti i versi, che in differenti idiomi furono composti da diuersi Autori senza ristringersi all'apparato.

IN NAPOLI.

Per Tarquinio Longo. M. DC. XII.

Con licenza de' Superiori.


AL LETTORE.

MOlto più felici riescono i parti del nostro ingegno (ò Lettore) quando prende i concetti con libertà donde egli vuole, che quando da limitate, & certe leggi è ristretto. Ciò potrai conoscere in questa seconda Parte, doue si cõtengono i versi composti senza hauer mira all'apparato. I primi sono de' Padri della Compagnia di Giesù; seguono quei dell'Academie de gli Otiosi, & de' Sileni, & nel fine tutti gli altri, che da varij autori furono fatti in questa occasione. Frà gli incerti ve ne sono alcuni doue si tacciono i nomi più per modestia, che per altro rispetto. Hò voluto, che tu'l sappi, accioche non ti marauigli, che cose così buone compariscano senza nome.

Ottauio Caputi.







SI vedeuano primieramente nella Naue Maggiore, come nella prima parte si disse, le compositioni de' Padri della Compagnia scritte con lettere d'oro sopra negro, & co' medesimi ornamenti finti di bronzo, & ritoccati d'oro, & d'argento come l'altre; & sono le seguenti.

PETRVS FERDINANDVS CASTRIVS

Anagrammatismus.

En vnus ter decus astris par

REGIA dum Syren ferali funera pompa
Apparat, & pullo tegmine templa tegit,
EN VNVS ter, Petre, DECVS, ter maximus ASTRIS
PAR ades, & clarum sufficis ore diem.
At subito Cumas nostra procul vrbe recedis,
Et tua mutato subtrahis ora solo.
Arbitror vt tanta squaleret funus in vmbra,
Fulgerentq; atro funereæ igne faces.
Nempe rogum obscuro regalem obducere cultu
Non potis, ara, Petrus si latuisset, erat.
Verte facem: succendi alio indignatur ab igne
Regia quam noti Principis igne pyra.

Maximæ funus Reginæ Margaritæ.

Cur Societati IESV minimæ tanta ex parte demandatum.

Innata est pietas sociam te dicere IESV,
Consortem imperij quam pudet esse soli.
Sic tibi collegas proprios adiungit IESVS,
Nil mage quam è socijs te vt iuuet esse suis.
Quod conuiua suis, similem te effingis IESV,
Illius, atque etiam gloria sola tua est.

Te

Te dominam famuli viuentem diximus vnam, &
Vnica Musa tuis, Margara, carmen eris.
Funeris vsque tui solis pars debita tanta,
Vt queis coniuxti, commoriare tuis.

Conca medijs in fluctibus

Regiæ symbolum fœcunditatis, ac luctus.

Cernis, vt in medio micet imperterrita fluctu
Aemula gemmato gemmea concha polo?
Diuitijs spectanda suis, quam nauta frementis
Mille per Oceani quaeris Ibere minas.
Ipsa maris soboles cæli se rore maritat,
Pandit & æthereis imbribus vda sinus.
Margara, Erythræi pompa nihil inuida ponti,
Ah, nunc Occiduæ flebile munus aquæ,
Septena gemmantem vterum, si prole dedisti,
Non modo gemma nitens, gemmea concha quoque es.
Aethercam sobolem terris enixa beandis,
Mersaq; nunc lacrimarum abderis Oceano.

Nilus septem effusus ostijs

Regiæ fœcunditatis symbolum

Obtutum Austriaco retrahis, qui victus ab astro,
Iam nitet in liquido mitius omne, vide.
Septem Augusta parit natos, tu dilitus vndis
Septem, Nile, tuo flumina fonte paris.
Nile, fluens cursu volucres non concipis auras;
Regia nec laudum flamme corda tument.
Accola gens Nili stupet auribus, Austria late
Obruit antiquum murmure fama decus.
Nile, lates; Regina latet, sed dispare fato:
Ipse caput terris occulis, illa polo.

Memnonis statua
Quæ aduersum Solem excipiat.

Memnonis Aurora geniti, quam conspicis, vrna est,
Signum vrnæ impositum Memnonis æra refert.
Hoc radijs Aurora nouis, cum prima resurgit,
Nescio quid tristi dicitur ore queri.
Auroram, Regina, refers, ego Memnona fictum
Marmore, nempe tua morte cor obriguit.
Si me forte queri, cœlo dum nasceris, audis,
Ne mirare, potest saxea forma queri.

Lyra Orphei.

Fœta sono Septem qualis mouet ordine neruos
Aurea Threijcio verbere pulsa chelys;
Talem viua sonum vere dabat Austria laudis:
Vita chelys, nerui pignora; motor honos.
Et poterat numero fatum flexisse sonoro,
Et trahere ad vitam sæcula longa suam.
At perijt quod plectra citans admouit inertem
Non Lucina lyræ, sed Libitina manum.

MARGARITA
Anagramma.
Mar gratia.

MAR, e GRATIA, del Mondo, gioia, e riso,
Margarita, Alba, e Sol de' tempi nostri,
In vita orni di luce, e gli ori, e gli ostri,
Scoprendo di bellezza vn Paradiso.
E tra morte via più spirante in viso
Ridente gioia in lagrime ti mostri,

Angu-

Augusta spoglia ne' mortali chiostri,
Splendor di perla Oriental conquiso.
Hor ardendo la sù fieura tanto
Tramontana de' cori in aurei lampi
Imperli fin al Ciel l'eterno manto.
Quiui à noi partio d'Ocean di pianto,
Vital dolcezza in mortal agro quampi,
Famoso scorno del Egittio vanto.

MARGARITA

Anagramma.

Grata rima.

RIMA ancor trà sospiri, e trà lamenti
GRATA risuona, onde gioisce il core,
Per cui d'Auerno entro al profondo horrore
Fian à Titio, e Ision dolci i tormenti.
Ecco di GRATA RIMA à i dolci accenti
In Flegra vinto il Giganteo furore,
Tepido il gelo, e fresco fia l'ardore,
Fermato il corso à i fiumi, il volo à i venti.
Di GRATA RIMA aura soaue hà tolto
A Gioue il fulminare, à Marte l'ira,
E placa l'un, l'altro serena in volto.
Per questa in Ciel sfera sonora gira,
E lusingando al canto, al suono hà sciolto
Le Sirene del mar, d'Orfeo la lira.

ALFONSVS AVSTRIACVS

Anagramma.

Funus at ita carus Sol.

Alfonsum connixa parens, dum proxima fatis
Morte sibi pandi ad sidera sentit iter.

Nil,

Nil, ait, extinctæ debes, iam, nate, parenti,
Sat meritis merces redditur ampla meis.
Nam partu tibi dulcis iter dum pandimus auræ,
Ipse mihi ad Cœlum funere pandis iter.
Iure meum te, Alfonse, vocem iam FVNVS; AT astris
Callem ITA dum pandis; SOL mihi CARVS eris.

REGINA MARGHARITA AVSTRIACA

Anagrammatismus.

Amata Christi regna, riga arua.

Terrarum domina, æternis euecta triumphis,
Festa magis terris, anne dolenda magis?
Margara, AMATA satis, CHRISTI quid REGNA, quid vltra
Terra iuuat? REGNA cordibus, atque polo.
Et lacrimis si cuncta tuis fœcunda, refulge
Hoc mage regnatrix cordibus, ARVA RIGA.
Sic dilecta tui tibi plauserit aula Tonantis,
Et fœcunda tuis fructibus ARVA RIGA.

REGINA MARGARITA

Anagrammatismus.

Grata Regi an mari.

Regiam defunctam coniugem Rex alloquitur.

Gemma animi pars vna mei, pars altera Regni,
An REGI niteas, AN mage GRATA MARI?
Credo equidem nostris cum te te obtutibus aufers,
Aequoreos repetis gemma beata sinus.
Iam si tantus amor te te committere ponto,
Cum lacrimis poteras delituisse meis?

Augusta spoglia ne' mortali chiostri,
Splendor di perla Oriental conquiso.
Hor ardendo la sù sicura tanto
Tramontana de' cori in aurei lampi
Imperli sin al Ciel l'eterno manto.
Quiui à noi parto d'Ocean di pianto,
Vital dolcezza in mortal agro auampi,
Famoso scorno del Egittio vanto.

MARGARITA
Anagramma.

Grata rima.

RIMA ancor trà sospiri, e trà lamenti
GRATA risuona, onde gioisce il core,
Per cui d'Auerno entro al profondo horrore
Fian à Titio, e Ision dolci i tormenti.
Ecco di GRATA RIMA à i dolci accenti
In Flegra vinto il Giganteo furore,
Tepido il gelo, e fresco fia l'ardore,
Fermato il corso à i fiumi, il volo à i venti.
Di GRATA RIMA aura soaue hà tolto
A Gioue il fulminare, à Marte l'ira,
E placa l'vn, e l'altro serena in volto.
Per questa in Ciel sfera sonora gira,
E lusingando al canto, al suono hà sciolto
Le Sirene del mar, d'Orfeo la lira.

ALFONSVS AVSTRIACVS
Anagramma.

Funus at ita carus Sol.

Alfonsum connixa parens, dum proxima fatis
Morte sibi pandi ad sidera sentit iter.

Nil,

Nil, ait, extinctæ debes, iam, nate, parenti,
Sat meritis merces redditur ampla meis.
Nam partu tibi dulcis iter dum pandimus auræ,
Ipse mihi ad Cœlum funere pandis iter.
Iure meum te, Alfonse, vocem iam FVNVS; AT astris
Callem ITA dum pandis; SOL mihi CARVS eris.

REGINA MARGHARITA AVSTRIACA

Anagrammatiſmus.

Amata Chriſti regna, riga arua.

Terrarum domina, æternis euecta triumphis,
Festa magis terris, anne dolenda magis?
Margara, AMATA ſatis, CHRISTI quid REGNA, quid vltra
Terra iuuat? REGNA cordibus, atque polo.
Et lacrimis ſi cuncta tuis fœcunda, refulge
Hoc mage regnatrix cordibus, ARVA RIGA.
Sic dilecta tui tibi plauſerit aula Tonantis,
Et fœcunda tuis fructibus ARVA RIGA.

REGINA MARGARITA

Anagrammatiſmus.

Grata Regi an mari.

Regiam defunctam coniugem Rex alloquitur.

Gemma animi pars vna mei, pars altera Regni,
An REGI niteas, AN mage GRATA MARI?
Credo equidem noſtris cum te te obtutibus auſers,
Aequoreos repetis gemma beata ſinus.
Iam ſi tantus amor te te committere ponto,
Quin lacrimis poteras delituiſſe meis?

MARGARITE
Anagramma.
Ita mergar.

Occiduum moriens refero Titana; sub vndis
MERGAR ITA, Hesperio Phœbus vt amne perit.
Ille vbi serus aquis immergitur, afflat Eoo
Luci. in aurato crine decorus opes.
Margarin extinctam ne credite; funere mergi
Quæ modo visa salo, fulgere visa polo est.

De Grandine, quæ sub Ræginæ funus è cœlo decidit.

Quid factum est, quod tu pluuio, Campania, Cælo
Arida concretæ vellera fundis aquæ?
An patrio tibi more polus, Regina, parentat?
An stupet, & nimio gutta dolore riget?
Vel Niobes nostris confer miracula, cessit
Tunc lapis in lacrimas, nunc lacrimæ in lapides.

MARGARITA
Anagramma.
Mira grata.

MIRA, & GRATA sonant tibi nomina, MARGARITA,
Ipsa nec a pulcro nomine degeneras.
Si viuis MIRA es sceptris ingentibus orbis,
GRATAQ; muneribus quæ dedit alma Charis.
Si moreris, mors MIRA parit natalia vitæ,
GRATA esset, noster ni prohiberet amor.

Decidentis Reginæ, natos sua de morte consolantis postrema verba.

Fernande, & Carole, & mea gaudia prima Philippe,

Trinaq; sat vitæ dona beata meæ;
Dulce valete meo sic pignora cara Philippo
Nate patri, atq; soror dulce leuamen eris.
Teq; puer, fortuna etiam ne crede minorem
Alfonse, extremis quem peperi lacrimis.
Posthuma ne doleas ad funera, nate, parentis,
Auguror erumpes grandior è cinere.
Succresceśq; istis vel laurea maior ab undis,
Et tibi Sol fructus educo fixa polo.

De alternante in regij apparatu funeris tẽpestate.

Imbribus obductis alterna luce serenos
Nunc cæcos, claros nunc vehit aura dies.
An tibi dulce polus confundit gaudia luctu,
Quod nato viuas Margara, dum moreris?
Terrarum an risus singultibus interrumpit,
Quod sibi, dum terris occidis, exoreris?
An tumulo, an thalamo es, natis & pronuba regnis
Mortua sic luctus, risus & orbis eris.

Reginæ ad Cœlum raptæ parentant omnia.

Ipse tuum paries suspendit carmine funus,
Pullatusq; cadens se induit in lacrimas.
Quin etiam conata polo, facibusq; superba,
Ire comes dominæ sedula pompa suæ.
Te proceres, te fidus eques, famulusq; senatus;
Margara, te populus quæritat, & queritur.
Et proceres inter quis vtroq; in Principe luctus?
Vsq, virisq; arisq; vltima signa sacris.
Haud ingrata, tamen melioris gaudia vitæ,
Regna, etiam terris, cordaq; & ora virum.

In Reginam Margaritam obeuntem ex partu.

Nascitur Alfonsus, moritur si Margara, nato
Commutat vitæ dona, necisq; parens.

Editur Alfonsus, rapitur sed Margara Cælo,
Imperium alternant iste soli, illa poli.

Tumulus. I.

Da lacrimas: discet matri mollescere marmor,
Et nato vitæ fertilis esse cinis.

I I.

Luce oculus tanta, tantaq; orbate parente
Orbus abi in lacrimas, orbis obi in lacrimis.

I I I.

Occidis Austriadum bona lux, sed fama per orbes
Vna duos, virtus didita vt vna duos.

I I I I.

Inueheris Cælo Astreæ Regina triumpho;
Occidis, anne oreris, Margara, dum moreris?

V.

Vna salo, vna solo risisti sponsa Philippo,
Vna polo & lacrimarum es Cynosura maris.

V I.

Cordibus imperium, lux alte figitur astris,
Mens virtusq; Deo. Vix cineres tumulo.

V I I.

Reginæ tumulus, quantæ vix terminus omnis
Imperio tellus, fama & Olympus erit.

V I I I.

Dedecet indignum tanta te, Margara, marmor,
Regina, vrna solum, nec satis vrna polus.
Pro titulis, ostro, gemma, auro, marmore, nardo,
Lingua, fides, pietas, pectus, amor, lacrimæ.

Pleiades in Cœlo

Et nauita committens merces mari.

Pleiades vt Cœlo flammantia lumina flammant
Septima quin etiam redditur orbe soror;
Tunc sua securus committit nauita ponto
Carbasa, tunc omnes æquore credit Opes.

Ergo age mortales quando paris aurea flammas,
Ne dubita letho credere tantam animam;
Tantam animam Lethes credo committet in vndas,
Cum noua nascetur septima flamma polo.

Olor in Cœlo habens in gutture sidus. & alter in terris.

Diues olor, superos inter pulcherrimus ignes
Emicat, ardenti gutture diues olor.
Purpureis, hic, alter olor niue fulgurat alis,
Et si non idem fulgeat ore lepos.
Quin mortalis olor cantu sua funera monstrat,
Ille oriens sidus fundit ab ore nouum.
Dum nostris, Regina, paris pulcherrima terris
Sidus, iam Cœlo nasceris alter olor.
Dum cadis, & longas iteras ad numina voces,
En tibi supremum concinis alma diem.
Siue oreris formosa polo, seu concidis vrna,
Semper olor niueo semper in ore micat.
Quin, cœlestis olor, terris tua pignora reddis.
Mortalis cœlo reddite dulce canis.

Cerua parturiens quæ dictamnum carpat.

Dictamnum, cum cerua parit, summo ore momordit,
Et grata optatam terra ministrat opem.
Cur tibi, quæ nutu terræ moderaris habenas,
Non medicas herbas terra nouerca tulit?
Dictamnum sed terra tulit quando edita proles.
At prædam dio vulnere fixit amor.

Argo inter sidera.

Heroum victrix, & victrix æquoris Argo,

Duxit vbi Argolicos Colchica ad arua Duces;
Phyxeaq; dedit vellus prædarier agnæ,
Quæ tulit officio præmia digna suo?
Visa est aurato cœli super æquora rostro,
Claraq; cœruleas ætheris ire vias.
Quam melius nostræ præsagia Heroines
Fabula mutato nomine prisca notat!
Margara tot gremio proceres vbi vexit in orbem,
Et dedit auratæ vellera ferre feræ;
Dicitur argento mage candida, sideris instar
Cælestes inter promicuisse faces.

Murena quæ in Septentrionali plaga continet in maxilla dextera septem aureas maculas quasi stellas.

Arctoo Murena mari stellata refulget,
Septem stellantes fert radiata notas;
Alma parens, totidem fudisti pignora ab aluo,
Pignora stellantes ore imitata faces:
Sat sobolis Lucina dedit, nunc ipsa parentem
Te septimgemini sideris astra petunt.

Achates gemma Pyrrhi Regis, in qua inerant imagines nouem Musarum, ac Phœbi, naturæ opera.

Pieridum ora nouem Pyrrhi referebat Achates,
Visus vbi medius ducere, Phœbe, chorum.
Mira fides, natura leues expresserat artus
Dedala, non vlla sculpserat arte manus.
Quid Pyrrhi admiror baccam? tu Margaris illa es,
Te meliore nota fama locuta ferat.
In laudes dum Musa tuas, Phoebusq; laborant,
Visa es Pierios bacca referre choros.

Aquila

Aquila filo alligata in hasta, quæ fixa sit in media pyra; illa vero filo abrupto se libret in Cœlum, vt in Imperatorijs Pyris. fieri solebat.

Aspicis vt tenui filo Iouis armiger hastæ
Hæreat, ac medius stet crepitante pyra?
Vt se se raptim imperiosus in æthera libret,
Dum cremat igniuomus pendula vincla rogus.
Haud aliter flammas inter, mox stasq; fauillas
Margaris è media surgit in astra pyra.

Aurora quæ gerat facem, ac Pegaso vehatur.

Pegasus Auroram Cœli per inania defert,
Ardentes gestat quæ rubicunda faces.
Margaris illuxit Palantias altera; gestat
Hæc laudum rutilas, queis micat orbe, faces.
Heu, nunc infaustæ flammæ, vos corda dolore,
Et vestro rapidas vritis igne pyras.
Pegasus haud illi desit; nam carmina penna
Præpete Margaridos nomen in astra ferunt.

Lucina inter Parcas.

Quod nam oculis spectrum, ac feralis terret imago?
Cur Parcas inter, dira Diana, riges;
Tu vitalem haurire auram, tu limina vitæ
Tangere das, vitam at lurida Parca secat.
Diua puerperio ah male fida hoc monstrat imago
Te fœtis miseram sæpe tulisse necem.

Diana

Dianæ Ephesiæ templum populante flamma.

Vxori Lucina olim auxiliata Philippi,
Dum redit, in flammas templum abijsse videt.
Pellæus qua nocte ortus puer, igne nephasto
Flagrauit fani prodigiosa domus.
Ergo iterum se obstetricem præbere Philippi
Vxori renuens linquere tecta timet.

Isocratis sepulcrum, in quo sit Syren supra arietem.

Insignis sculptura aries, ac Dædala Syren
Adiacet, hæc Græci Rhetoris vrna fuit.
Eloquij nempe illecebras ostendere Syren
Visa est, atq; aries fortior artis opem.
Hoc tumulo mage digna iace, bona Margari; Syren
Vrbs noua, & ille aries corniger imperium est.
Imperij vis tanta iacet, cornuq; superbum
Inclinat, Syren quin pia, triste canis?

Architæ columba artificioso suspensa volatu.

Natiuum mentita genus mouet ardua pennas,
Cypriaq; exanimi gutture cantat auis.
Sæpe dolos lusit venantum, & retia rupit,
Sæpe tulit duro spicula fixa sinu.
Architæ miraris opus? ne temne, doloris
Non est mæror iners ingeniosus amor.
Nam sine te ficto vitæ iam viuimus vsu,
Siqua mouet gemitus vis, dolor arte mouet.

Lu-

Lucina cum papauere.

Cur grauidum somno gestas, Lucina, papauer?
An quod dulci oculos nocte sopore foues?
Scilicet, infausta prompsit dum pignus ab aluo
Margaris, hoc illi, tu officiosa paras.
Auguror, haud letho felix Regina rapaci
Languet, nec Stygia pallida nocte viget.
En cubat, & placido ducit suspiria somno,
Intulit immitem nec Prothyrea necem.

Libitinæ Templum, in quo sint instrumenta funerum.

Hic Paphiæ delubra Deæ, Cypriaq; decoræ,
Ast eadem, eheu, dicta es Libitina Venus.
Hic colitur decor, ac lethum; en vt flebile fanum
Cuncta simul mœsti funeris arma fouet.
Heu Venus, heu Libitina rapax; tibi Margaris ergo
Debita; fœdus atrox mors init, atque decor.

Sceptrum, in cuius vertice ligustrum candeat.

Aspicis, auratæ surgentia culmina virgæ
Lilia, sic veteres sceptra tulere Duces.
Quid tantum desæuit hyems, quid cana pruinis
Albicat, & Scythico frigore terra riget?
Ah nimia exustas glacie, regale ligustrum,
Ponere te cogent frigora dura comas.
Vt melius vireat lacrimas effunde tepentes;
Vincantur lacrimis bruma, tepore niues.

Sceptrum, cui superadditus sit vigilans oculus Aegyptiorum more.

Aspice purpureo superaddita lumina Sceptro?
Regibus hoc priscis nobile stemma fuit.
Heu Sceptrum infelix, quonam regalis ocellus
Funere depressus languet, & alget Amor?
Vt primum illuxit, victum se Phœbus ab illo
Dixit, & est visus clarior ipse dies.
Quondam acer, fato nunc languet ocellus iniquo,
Et tenebris horrent omnia Cimmerijs.

Lucina dextera porrecta, sinistra cum face.

Læua faces gestat, dextram Dea porrigit, aluo
Maturæ vitam fert face, opemq; manu.
O vbi nunc porrecta manus, vitalis & ignis?
Subtrahis, ah, dextram, ac tæda fit apta rogo.

Tumulus, in quo insculpta sint corda nonnulla.

Quos amor, ac dolor vrgebat, post funera sueti
In tumulo dulci sculpere corda nota:
Marmore cernis in hoc incisi cordis amores?
Sculpturam hinc sibi Amor vendicat, inde dolor.
Marmorea est, heu, Parthenope vi facta doloris,
Hac acie incidit, cordaq; sculpsit Amor.

Iuppiter in cælo cum quatuor sideribus.

Rex superum primos inter stat Iuppiter ignes,
Et circum effundit quattuor ore faces.


Sunt

Sunt sua, sunt terris, lucis nec auara, nec auri
Lumina, quæ nuper reddidit vna parens.
Vna parens Regina dedit tot pignora terris,
Quot modo supremo Iuppiter astra polo.
Pone age mortalis dudum decora aurea regni,
Margara, & imperij desere iura tui.
Nempe alios regni fasces dant quatuor alui
Pignora, sideribus nobiliora Iouis.

Remora, quæ nauem, sistat, quæq; parturientem etiam iuuare solet.

Ionio comitante Noto, volet æquore puppis,
Sistet & hoc præceps parua Echeneis iter.
Hæc eadem grauido premitur cum pondere corpus,
Pignora dat fausto promere posse sinu.
Heu, vbi nunc, ingrata Thetis, tibi subdita? & illam
Quin gremio admouit Doris auara tuo?
An tacita admouit? carum nam pignus ab aluo
Extulit, & cursum vita morata suum est.



I VEDEVANO POI NELLA Croce della Chiesa à man destra del Mausoleo i versi degli Academici Otiosi, scritti della medesima maniera; si come sieguono.

SERENISS. MARGHARITAE AVSTRIACAE CVM HERCVLIS FORTITVDINE COLLATIO.

Don Simonis Braccij.

Amphitryoniades, cuius fortissima virtus
Edomuit terras sustinuitq; polum,
Fœmineo edomitus tunicæ lethalis amictu,
Haud potuit lethi sustinuisse malum;
Quin & terrificis implens vlulatibus orbem,
His obita finem non nisi morte dedit.
Margaris Alcide sed fortior Heroina,
Quæ patria mundum sub ditione tenet;
Nec sæuæ indomitæ mortis formidat in hora
Aegra graui partu, nec gemit emoriens.

TVMVLVS.

Ascanij de Colellis Iureconsulti Academici Otiosi.

Aspice funeream constructam marmore molem,
Quæ tercentena surgit ad astra face.
Margaris ossa tegit magnum spirantia fastum,
Quæ Rheni seruant lumen, & Hesperiæ.
Non mirum nutatq; suo si pondere moles;
Nam pauet extinctam condere terra Deam.

EMBLEMA.

Oleæ olearum pondere humi delapsæ.

Eiusdem.

Cerne oleam Hispanis nutantem montibus altis,
Quæ fœcunda suo pondere tangit humum.

Quam

Quam non luctantes potuerunt flectere venti,
Nec fera magnanimi fregerat ira Iouis;
Dulcia baccarum læserunt pondera matrem;
Sola genitali pignore pressa iacet.

SYREN.

Francisci Brancij.

Cernis, vt in niueas Syren formosa papillas,
Sebethe, infesta sæuiat ipsa manu;
Vtq; tuas fluitans furiata mente per oras,
Dilaceretq; comas, dilanietq; genas.
Cæruleas miseranda vocat miseranda sorores,
Verbaq; lugubri carmine rauca sonant.
Aduolat ad subitas Nimpharum turba querelas,
Funereisq; caput vestibus occuluit.
Tum larga ex oculis lacbrymarum flumina mittit,
Austriacæ audito Margaris interitu.
Tum sæua ex imo ducens suspiria corde,
Hos tandem querulo fudit ab ore sonos.
Atra dies, infausta; die crudelior omni,
Quæ tot ei potuit præripuisse dies.
Stamina quæ potuit Reginæ abrumpere vitæ,
Non est quo tantus possit abire dolor.
Vos superi, tantum flentes lenite dolorem,
Si fas est superas immaduisse genas.
Eius in interitu nam gloria decidit omnis,
Decidit & virtus omnis, & omne decus.
Infelix mortale genus, qua dote superbis?
Quid tandem in misero firmius orbe vides?
Hæc series rerum est; si quid tibi fata per annos
Hic dederint, illic demit auara dies.

MONODIA.

Nicolai Spinelli.

Cuncti fundite lacbrimas,
Palmis tundite pectora,

Heu

Heu non amplius incolit
Pax alma solum,
Sed ornat polum.
Vt turtur vaga coniugem,
Vt Cycnus sua funera;
Omni sic ego tempore
Heu flebo miser,
Lugebo miser.
Summi Principis inclyta
Heu coniux modo quæ fuit,
Nunc (Mors falcis opus tua)
E sanguis tacet,
Defuncta iacet.
Heu terræ miseræ occidit,
At viuit super æthera
Claris cincta nitoribus?
Nec mæsta latet,
Sed læta patet.
At nunquam poterit suum
Lumen pectore pellere
E nostro tenebras nigras,
Serena licet
Ab axe micet.
Mors ex Hesperio abstulit
Claro stemmate lucidam
Gemmam, sic simut oc cidit
Ac flos non secus,
Sceptrorum decus.
Cuncti fundite lachrymas,
Palmis tundite pectora,
Heu non amplius incolit
Pax alma solum,
Sed ornat polum..

Be-

Benedicti Soffaghi Mediolanensis.

Dum prolem, Regina, tuam moliris, & instat
Prima dies fœtus, quæ tibi summa dies:
Accelerat Lucina manus, sed pone sinistro
Obstrepuit veniens Mors inimica pede.
In lucem deuoluis onus; sed nocte suprema
Volueris, & partum mox peritura paris.
Attulit occasum, vitæ tibi pignoris ortus,
Spemq; tibi vitæ spes vteri rapuit.

MARGHARITA DE AVSTRIA

Anagrammatismus.

Hera migrauit ad Astra.

Don Simonis Braccij.

Hic HERA non obijt, sed ab hinc MIGRAVIT AD ASTRA,
Quid fles Parthenope? pone modum lachrymis.

Occulti Academici Ociosi.

Emicuit noua gemma solo, velut æmula Phœbi
Margara, & est alium pingere visa diem.
Inde sub Austriaco noster iam gemmeus Austro
Aemulus æthereis orbibus orbis erat.
Omnia splendidius radio meliore nitebant,
Tum quoque lux; fuerat lucis imago prius.
Omnia nunc viden, Hesperijs nouus Hesperus oris
Cum cadit, æterna quam nigra nocte iacent?
Illa serenati facies lætissima Mundi,
Quam cito, proh, cecidit Sole cadente suo;
Num Deus inuidit Celestia numina terris?
Hinc rapit, & patriæ vult decus esse plagæ.

TVMVLVS.

Francisci De Petris Iurisconf.

Immensa hæc orbis moles quid nam indicat? vrna est
Austriaca, & meritis non satis ampla suis.
Ecquid erit tegmen? Cælum; & rorantia Cæli
Sidera, queis parta est Margaris illacrymant.

EM-

EMBLEMA.

Nubis super aridam terræ faciem decidentis.

Nicolai Spinelli.

Iam combusta graui tellus ardore iacebat,
Supplici & imbriferam fronte petebat opem.
Occurrit nubes, fœtum demittit ab alto
Athere nymbiferum; gutta serena cadit.
Quid facis eh? pariens, video, euanescis ab vnda,
Fertilis ecce parens dum paris ipsa peris.

Benedicti Sossaghi Mediolanensis.

Illa ego, quæ Reges tot sum connixa futuros,
Austriacæ firmans Sceptra superba domus:
Quam genitor rerum Oceanus famulantibus vndis,
Quam rerum dominam nouit vterq; dies:
Dum magnum augerem septena prole Philippum,
Aetatis viridi flore recisa fui.
Mors numerans sobolem, nimium vixisse putauit;
Sed mox errorem sensit, & ingemuit.

EMBLEMA.

Pingenda est Concha cum aliquot Margaritis exemptis è concha.

Nicolai Spinelli.

Iam mihi venter erat fœcundus rore superno,
Claræ lucis opus, lucide Phœbe, tuæ:
Carus erat partus, quo non pretiosior alter:
Stemmatis hinc dignus visus honore fuit:
Non potui tantum terris producere fœtum,
Ni mors ante meos clauderet atra dies.
Extant (non doleo) materni pignora ventris,
Felici in partu viuo perempta parens.

EMBLEMA.

Pingantur Conchæ plures paruæ non longe à retibus, in quibus vna tantum, maior cæteris videatur.

Don

Don Simonis Braccij.

Margarifer dum sospes erat Regina, paratis
Cauit ab insidijs, seq; suumq; gregem:
Seq; suumq; gregem, rutilans dum nuper agebat
Propter Erythræi litora rore grauis:
Rore grauem aduertit solers piscator, & astus
Occulit, occultos non videt illa dolos;
Non videt illa dolos, neq; iam potis ante videre,
Quam videat teretes se subijsse plagas:
Se subijsse plagas dolet illa, doletq; miser grex;
Inque plagas properat cum moriente mori.
Cum moriente mori quid nos nunc ergo moramur?
Præsidium, heu, nostrum Margaris emoritur.

O D E.

Dicolos Diistrophos.

Nicolai Spinelli.

Mœsta viuebat sine pace tellus;
Cum statim Cæli statuere nobis
Margaris dulcem dare sub benigno
Nomine pacem.
Hac Poli sedem subito relinquens,
Venit in terras, vbi semper apta
Luce suprema veluti coruscans
Gemma residsit.
Summa pax terris habitauit imis,
Et quies ingens tenuit virorum
Corda, dum nostro radians in orbe
Diua refulsit.
At datum crescens mage lumen alti
Margaram rursus rapuere cæli,
Forsitan magnum vaga creuit inter
Sydera bellum.
Illa ne tandem raperet quietem
Quam dedit terris habitans amicis.

En ſui nobis abiens reliquit
Pignora ventris.
Sic ſolet Titan abiens profundo,
Cum caput feſſus pelago recondit,
Inter obſcuras parere ille noctis
Aſtra tenebras.
Heu redi nobis, iterum renaſce,
Huc tibi fas ſit reuocare greſſus;
Solis & munus cape pleniore
Orbe refulgens.

Don Caroli Pinti.

Memphi Pyramides tuas ſileto;
Vos turrim Pharij, ducem carinis;
Nec iactes Babilon ſuperba muros,
Nec Diua Epheſiam triformis ædem
Mira laude tuam vehes ad aſtra:
Tanti Caria non habebis vrnam,
Quam Regi poſuit tuo pia vxor;
Nec tam clara Rhodos canas coloſſum,
Nerei carpathij audiens furores:
Elis Phidiaco polita cælo
Non Iouis ſimulacra perſonabis.
Hæc miracula veſtra vbi videntur.
Duratura diu, ignis aut vorauit;
Aut vis clauſa cauis furens latebris
Effregit tacito ore, ſeu vetuſtas
Roſit, ſeu vario ruere caſu.
Reginæ inclyta at vrna Margaritæ
Aeterno numerabit orbe ſęcla,
Non obnoxia tempori: caducis
Non hæc eſt fabricata rebus, vrna
Huic doctæ auxilium eſt datum Mineruæ,
Datumq; Aonidum decus perenne.
Ergo Margaritæ det orbis vrnæ
Laudem: hoc orbis opus loquatur vnum.

T V M V L V S.

Ascanij de Colellis Iureconsulti Academici Otiosi.

Margaris Austriacæ cineres venerare, viator,
Quos pauet obscuro condere terra sinu.
Quæ voluit pietate mori, terramq; beauit:
Nec misera in tumulo flebilis ipsa iacet.
Austriacam postquam gemmauit sola coronam,
Et decus Hispanis addidit Imperijs.

Benedicti Soffaghi Mediolanensis.

Hunc vbi funerea Reginam mole iacentem,
Tantaq; tam mœstus possidet ossa lapis,
Christiadum posito succumbent poplite Reges,
Et longe populi marmora sacra petent.
Nunc vbi turpatur luctu plebisq;, Ducumq;
Floribus halebit, thure calescet humus,
Dona coronabunt, festiuaq; pompa sepulchrum,
Horror vbi lætbi mæstitiæq; sedet.
Exequiæ fient, solemnia quæq;, paratur
Hæc tumuli facies; ara perennis erit.

Iulij Cæsaris Capaccij.

Pectore sollicito luges, Rex magne, cubile,
Atque doles, ehea, flebile dissidium.
Vnanimes fausto iunxerunt lumine tædæ
Inuida mors thalami vincula dissoluit.
Sperne parens obitus orbis: concordia amoris
Gaudia coniugij millia restituit.

T V M V L V S.

Regem alloquitur.

Eiusdem.

Quid Niobe mæstas lachrymas ex marmore fundit?
Luget, & extinctum non pia mater Ityn?
Alciones querulo quid turbant carmine lymphas?
Roscidus electro quid gemit Eridanus?
Marmor, Itys, lymphæ, electrum, vos munera fletus
Reddite Reginæ, hæc vnica flenda iacet.

Francisci Petti.

Qui vastæ spectās surgentia culmina molis,
Siste vide cuius membra sepulta tegam.
Caria miretur dices, tu desine; Mundus
Vrna suam dominam condere debuerat.

Francisci De Petris Iurisconsulti.

De Ser. MARG. AVSTRIAE *Triplici vita.*

Reginam perijsse doles, sed falleris hospes,
Vnica quæ fuerat, mortua facta triplex:
Viuit in Empyreo Regnis melioribus aucta,
Viuit & in partu, viuit in ore virum.
Deniq; ter felix, triplici condigna triumpho,
Quæ semel interiens, viuere ter meruit.

Don Caroli Pinti.

Seu tuus in vasto tumulus ponatur Olympo,
Siue crement Libani, seu tibi thura Sabæ.
Siue omnes lacryment populi, seu nænia quæuis
Pessum agat, & carpat tristior vngue genas.
Siue tuum cunctæ certent decorare sepulchrum
Munere Amadriades, munere Nereides.
Seu nectat gemmas omnes ibi Nympha marinas,
Quas inter princeps conchea bacca micet.
Seu Charites, & longa fleant, te sęcula Musæ,
Seu tibi sint lachrymæ flumina, & astra faces.
Tanta tui virtus, maiestas tanta refulget,
Parua putem meritis maxima vt ista tuis.

Benedicti Sossaghi Mediolanensis.

Vt se dilecta viduatum coniuge vidit,
Fœdus & infractum connubiale thori.
Deiecit Sceptrum manibus Regnator Iberum,
Rupit & ostrinos ore fremente sinus,
Effudit soboles luctus ignara querelas;
Totaque flebilibus mugijt aula sonis:
Barbaricas etiam gentes, Indumq;, Scitasq;
Immeritos obitus exululasse ferunt.

Nullam

Nullum tot lacbrymis funus memor extulit orbis,
Et neq; si cuperet plus lacbrymare poteſt.

Franciſci Petti.

Vt ſtrepuit funus celeris fera buccina Famæ,
Orbis ter gemuit, ter miſeratus, ait;
Empyreos inter fulges quæ gemma pyropos,
Mors mihi ſplendorem cur cita ſurripuit?
Illa: tuis Reges quatuor paritura quaternis
Partibus acceſſi; mox petitura Deum.

VIRGILIANVS CENTO.

Ioannis Petri de Alexandro.

geor.4	*Qualis populea mærens philomela ſub vmbra*	
	Ammiſſos queritur fœtus conualle virenti;	6 en.
en.10	*Talis iam fama totum vulgata per orbem*	1. en.
en.4	*Flauentes abſciſſa comas loca queſtibus implet*	4 geor.
geor.4	*Parthenope, & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes*	1.en.
en.6	*Sic fatur, vocem late nemora alta remittunt.*	12 en.
en.2	*Venit ſumma dies, & inexorabile fatum,*	2 geor.
en.12	*Occidit infelix, regnis exceſſit auitis*	3 geor.
en.8	*Regina in medijs, cui belli inſigne ſuperbum*	8 en.
en.2	*Arduus ad ſolem pedibus Iouis amiger vncis.*	9 en.
geor.2	*O decus, ò famæ merito pars maxima noſtræ*	
egl.4	*Cara Deum ſoboles, mea ſera, & ſola voluptas,*	8 en.
en.12	*Hæ tibi mortis erant metæ domus alta Philippi*	1.geor.
en.10	*Morte tua luctu concuſſit funditus vrbem:*	12 en.
en.6	*Ille autem, neq; enim membris dat cura quietem*	10 en.
geor.2	*Diues opum variarum, & ſeruantiſſimus æqui*	2 en.
en.12	*Victus amore tui, cognato ſanguine victus;*	
egl.5	*Dum genus amborum ſcindit ſe ſanguine ab vno*	8 en.
en.7	*Imperijs dignus patrijs qui lætior eſſet;*	7 en.
geor.4	*Te dulcis coniux anima fugiente vocabat*	4 geor
en.6	*Noctes, atq; dies, monimentũ, & pignus amoris,*	5 en.
en.4	*Multa gemens, largoq; humectat flumine vultũ:*	1.en.
geor.4	*Et circa Regem, atque ipſa ad prætoria fluctus*	12 en.
geor.4	*Irarum ingeminant Auſtri, & denſiſſimus imber*	1.geor.

Lu-

en.2 *Luctus & resonat magnis plangoribus æther:* 4 en.
en.6 *Augustus Cæsar ferrugine clarus Ibera* 9 en.
geor.4 *Stat lachrymãs, varia confusus imagine rerum.* 12 en.
en.1 *Post alij proceres primi, & delecta iuuentus* 9 en.
en.7 *Hesperia in magna cineri suprema ferebant.* 4 en.
geor.3 *Nec minus interea, postquam te fata tulerunt* 5 egl.
en.11 *Qualem virgineo demessum pollice florem*
en.7 *Europæ, atq; Asiæ magnũ, & memorabile nomen* 4 en.
en.7 *Te liquidi fleuere lactus Laurentibus agris* 12 en.
en.1 *Insignem pietatem, & pingui flumine Nilus,* 9 en.
en.8 *Cœruleus Tibris cælo gratissimus amnis,*
geor.4 *Et gemina auratus taurino cornua vultũ*
geor.1 *Fluuiorum Rex Eridanus, Rhenusq; bicornis,* 8 en.
egl.1 *Et pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus.* 2 geor.
en.11 *Spargitur et tellus lacbrymis, pulcherrima Roma,* 2 geor.
en.1 *Europa, atq; Asia, e Siculis regionibus vrbes* 1. en.
geor.2 *Extremi sinus orbis, vbi ditissima terra* 2 geor.
en.4 *Oceani finem iuxtà, Solemq; cadentem,*
en.1 *Littoraq; & scopulos lachrymosis vocibus implẽt.* 11 en.
en.1 *Ast ego, quæ gemitu non frustra exterrita tanto* 4 geor.
geor.2 *Quid maiora sequar? series longissima rerum,* 1. en.
geor.4 *Mores, & studia, & tua terris didita fama,* 8 en.
en.1 *Et genus, & pulchro veniens in corpore virtus.* 5 en.
en.4 *Regina, atq; alijs post commemoranda relinquo.* 4 geor.
en.2 *Sed grauiter gemitus imo de pectore ducam,* 8 en.
egl.1 *Dum iuga montis aper, fluuios dũ piscis amabit,*
en.4 *Quãdo aliud mihi iam miseræ nihil ipsa dedisti;* 7 en.
en.12 *Nã quid ago? aut quæ iam spõdet Fortuna salutẽ?*
en.12 *Aut quid iam miseræ superat? sors omnia versat,* 1. egl.
en.9 *Debilitat vires animi, mutatq; vigorem.*
en.9 *Nulla meis sine te quæretur gloria rebus,*
en.12 *O p̃stans animi, haud quidquã mihi dulce meorũ* 12 en.
en.12 *Præterea Regina, Deum certissima proles,* 6 en.
geor.3 *Te sine nil altum mens incboat: hei mihi quantũ* 11 en.
en.11 *Præsidiũ Ausoniæ, & quantũ tu perdis honorem* 3 geor.

Quare

en.8 *Quare agite ò matres audite vbi queq; Latine,* 7 en.
en.8 *Tum lecti iuuenes,pueri,innuptæq; puellæ* 6 en.
en.8 *Nymphæ Laurentes,prestanti corpore Nymphæ,* 1.en.
en.12 *Quo Deus,& quo dira vocat Fortuna dolentem,* 4 en.
en.12 *Parcarumq; dies,& vis inimica sequamur,* 12 en.
en.1. *Per varios casus per tot discrimina rerum.*
en.8 *Cingite fronde comas, vittis, atraq; cupresso,* 3 en.
en.4 *Lamentis,gemituq;,& fœmineo vlulatu*
en.1. *Suppliciter tristes,& tunsæ pectora palmis,*
geor.4 *Inter sacra Deum media testudine templi.* (ras 1.en.
en.4 *Quid loquor? aut vbi sum? nos flēdo ducimus ho* 6 en.
en.2 *Quid tantum insano iuuat indulgere furori?* 4 en.
en.2 *Stat sua cuiq; dies,non hæc sine numine Diuum* 2 en.
en.2 *Eueniunt,superanda omnis fortunà ferendo est.* 5 en.
en.4 *Reginam solio stellantis Regia Cœli* 7 en.
en.7 *Accipit, ac audit voces,fruiturq; Deorum* 7 en.
en.7 *Colloquio, æternumq; tenet per secula nomen;* 6 en.
gol.5. *Subpedibusq; videt nubes,e sydera Olympi.* 12 en.
geor.2 *Salue magna parens; magnū Iouis incremētum* 4 egl.
en.8 *Regina,& votis iam nunc assuesce vocari.* 1.geor.
en.11 *Nunc ad te & tua magna pater cōsulta reuertor*
en.7 *Rex genus egregiū,genus alto à sanguine Diuū* 5 en.
en.6 *Missus in imperium magnum,tege pace Latinos,* 7 en.
en.1. *Omnibus exhaustos iam casibus,omnium egenos.*
en.12 *Pro Latio obtestor,& pro Sebethide Nimpha,* 7 en.
en.6 *Otia quæ rumpit patriæ melioribus annis* 6 en.
en. 7 *Castrorum est ollis vigor,& Cœlestis origo,* 6 en.
en.12 *Nec gens vlla tuos æque celebrabit honores.*
en.11. *Aeternumq; vale pro maiestate tuorum ;* 12 en.
en.3 *Et nati natorum,& qui nascentur ab illis.*
geor.4 *Hæc ait,& liquidum ambrosiæ diffudit odorem;*
en.3 *Conticuit tandem,factoq; hic fine quieuit.*

Tra li versi, & emblemi stauano compartite cinque inscrittioni delli medesimi Academici Otiosi, che quì si pongono.

Mausolæi dedicatio.

MARGARITAE AVSTRIACAE Reginarum maximæ, gloriosissimi Caroli Archiducis, & Mariæ Bauariæ filiæ, ex numerosa Imperatorum, & summorum Heroum serie progenitæ, PHILIPPI III. Inuictissimi Regis vxori, Religione imcomparabili, Pietate eximię, cunctis regalibus virtutibus ornatissimæ; Petrus Ferdinandus è Castro in hoc Regno Prorege obsequētissimo animo, multis cum lacrimis posuit.

Idem.

MARGARITAE AVSTRIACAE rari exempli Reginæ, in propaganda Hispanorū Regum sobole felicissimę, Pudicitię, & Gratiarum alumnæ, Pacis nūtiæ, publicæ salutis tutelæ, maximæ, Augustæ, post orbis imperium ad cęlorum regna euectæ, Dicatum.

Idem.

MARGARITA semper Augusta, ortu præclarissimo in lucem edita, ab summis Imperatoribus educata, Philippo Regum maximo tradita, à Clem. VIII. Summo Pontifice desponsa, Hispaniarum, atque Indiarum diademate insignita, ad perpetuam hæreditatem septem liberis, ad mœroris æternitatem coniuge, ad squalorem regnis relictis. Admirabilis omnium gentium suarum laudum præconijs excitatis, rara cum humilitate ad Empyrei delicias euolauit.

Idem.

MARGARITAE AVSTRIACAE Serenissimæ Reginę, Dei nomine in Potentissimi Monarchę coniugium electæ amoris, & concordiæ exemplari, in administranda Rep. sapientissimæ, omnibus gentibus ob animi, corporisq; dotibus deploratæ, Mausolæum erectum.

Idem.

Idem.

MARGARITAE AVSTRIACAE Heroinarum ſplendori, quę fugatis illecebris, deuictis cupiditatibus, proſtratis coronis, illuſa Morte, de Mundo triumphauit, fortunatiſſimæ, glorioſiſſimæ, immortali, pompæ celebritas dicata.

All'Anima della Reina in Paradiſo.

DEL PRINCIPE DI STIGLIANO, Il Solitario Otioſo.

Alma Real, che lieta in ſeggio altero,
Anzi tempo chiamata à miglior Regno,
Godi di tue virtù premio ſi degno,
C'hai ben onde ſdegnar terreno Impero.
Poiche co'l baſſo ingegno erger non ſpero
Il rozzo ſtil de le tue glorie al ſegno;
Priegoti almen, che tu non prenda à ſdegno
Di pianto in ſacrificio il cor ſincero.
E ſe tu al gran Motor foſti ſi cara;
Ch'ornò di te ne' tuoi verd'anni il Cielo;
Da lui di gradir voti, e prieghi impara.
E'l gran Rè, che in funebre, e oſcuro velo
Te piangendo richiama, in coſi amara
Doglia conforte il tuo pietoſo zelo.

Aſſomiglia la Reina alla Fenice rinaſcente.

DI GIO: BATTISTA COMPOSTO, Il Fiſſo Otioſo.

Cinta d'oſtro real, noua Fenice;
Da l'odorato rogo ergi le piume
Con preſto volo à l'infinito lume,
Onde l'alma ſua luce il Sole elice.
O te beata, che appreſſar già lice
Col puro ſguardo, oltre l'human coſtume,
Il chiaro oggetto, ond'è, ch'arda, & allume
Ne la gloria immortal lieta, e felice.
Già ti ſento io de' più ſoaui odori
Sparſa, vaga accordar dolci concenti
A l'armonia de' glorioſi chori.

Già ti vegg'io, gli occhi di gioia ardenti,
Vaga appagar frà i sempiterni amori
Del più lucido Sole à' raggi intenti.

Il Bambino alla Madre, mentre ella moriua.

DEL PADRE ANGELO SPINA.

Così Madre tu mori? e da la vita
Che mi nasce da te, nasce à te morte?
Et esce, aprendo ad ambo il Ciel le porte,
A me la luce, ond'è la tua sparita.
Deh come à noi l'aura vitale vnita
Fù in sì contraria, e sì spietata sorte;
Che d'vn sol punto à te fatto consorte,
In me comincia, ou'ella è in te fornita.
Io sol dura mercede, io sol t'ancido,
Io, che del tuo mortal circondi, e fasci;
Io, che da te piangendo hor mi diuido.
Ma vniamci pur. Tu à quella vita nasci,
Ond'io ne vegno, io tuo seguace fido
Seguo in terra il tuo corso, oue tu il lasci.

Al nome di Margherita.

DI FRANCESCO BRANCACCIO il Sonnacchioso Otioso.

D'humor non già, di cui serena, e pura
L'Aurora il sen d'altera conca asperse;
Ma de l'acque, ond'il Ciel ei ricouerse,
Questa gemma real formò Natura.
Ch'à pena, oue la luce in mar s'oscura;
Chiara sorgendo, i suoi gran pregi aperse,
Che gli occhi de mortali à se conuerse,
E l'onda serenò torbida oscura.
Hor qual Borea, ò qual Austro horrido sciolse
Nembo, ch'à l'Ocean l'arene, e l'acque
Commoue sì, ch'ella da noi s'asconde?
Ma s'egli è ver', che soura il Ciel son l'onde;
Ei per colà riporla, onde pria nacque,
Et ornar le sue riue, à noi la tolse.

Consola la Maestà del Rè.

DI GIO. BATTISTA BASILE

il Pigro Otioso.

Doue più intenta haurai la luce altera,
Aquila inuitta, se'l bel Sole ardente,
Dal cui chiaro splendor puro souente
Quel lume hebbe il tuo sguardo, onde lieto era;
Di Morte ria nume importuna, e fera,
Nel tuo più vago, e lucido oriente,
Copre il bel raggio, e l'alme luci hà spente,
Ond'anzi vespro à noi giunta è la sera?
Ma benche à gli occhi tuoi l'vsato lume
Non apra, speri pur ne l'alma ogni hora
Non men caldo, e viuace arda, e risplenda.
Si che'l duolo, onde lasso ti consume,
Assai men aspro, e tormentoso renda;
Ma noi del nostro danno ahi chi ristora?

Il Mondo tutto è tempio della Reina.

DI TIBERIO CONTI.

D'Ibero, e d'Indo ambe le sponde, e quelle,
Che al freddo Scita, e l'Etiope adusto
Albergo sono; e che'l tuo scettro augusto
Altere di seruaggio, e liete felle:
Hor ch'Angel nouo in Ciel calchi le stelle,
Sgombro il peso mortal, di pregi onusto,
Dolgonsi, c'humil vrna, e tempio angusto
Sieno al tuo nome, e à le tue membra belle.
S'acquetan pur, che de' tuoi fregi illustri
L'imagin viua, che ne l'opre crebbe,
Sosterran contro al tempo inuido, ed empio.
Onde la nostra età poi mille lustri
S'inuidi; e sia famoso à l'altre essempio,
Che per alta ventura à mirar t'hebbe.

L'Anima della Reina in Cielo.

DI GIO: DOMENICO GAVDIO.

Frà i più sourani spirti hor fa soggiorno
Quella, che'l Mondo piange, alma reale,
Che fatta sù nel Ciel Diua immortale,
Di più degna corona hà il crine adorno.
E se qui Morte oscura nube intorno
Cinge al suo corpo, e'l copre vrna fatale;
Iui lucida è sì, che lume eguale
Non fregia il manto al gran rettor del giorno.
Onde di tanta gioia il cor ripieno,
Riede à sue antiche glorie, e spiega altero
L'augel di Gioue i suoi gran vanni al Cielo.
Così disse la Fama, e'l nero velo
Lieta si scinse, e placido, e sereno
L'onde versò di puro argento Hibero.

Consola la Maestà del Rè.

DEL MEDESIMO PADRE ARCHANGELO SPINA.

Forse ò gran Rè contenderà con Dio
Il tuo doglioso cor ch'al duol non cede?
La tua sposa è sua Sposa, e i già la chiede;
Vincerà il duol, se non ti vince oblio.
Deh ceda al vero lume il gran desio,
Non rompe à tè la sposa tua la fede:
Fù sempre sposa à Dio, tal fè ti diede,
Tal la seruò, qual'hor teco s'vnio.
Ma se tal'hora il cor ti sforza, e vola
Lo spirto, ou'ella stassi anco amoroso,
Lo spirto, che si spesso à tè t'inuola;
Vole emulo di lei, ma non geloso,
Preghi, oue sposa ella è, che non sia sola;
Ma chi è di lei, de l'alma tua sia sposo.

Al nome di Margherita.

DI NVNTIO MOTONE.

Il Sezzaio Otioso.

Gemma, à cui per l'occaso, ò l'oriente
Non vide vscir di ricca conca fuori,
Che di sourani adorna almi splendori.
Fosti via più, ch'il Sol chiara, e lucente;
E sì più d'altra il viuo raggio ardente
E puro sfauillò de' tuoi candori,
Che la Dea de le Gratie, e de gli Amori
Gelò d'inuidia al terzo Ciel souente.
Poiche da noi t'hà cruda man rapita,
E liete fai di tua beltà le stelle;
Mentre hora fregi al gran fattore il manto;
Mendico è'l Mondo, & à gran volo è gita
Teco sua gioia in parti eterne, e belle;
Onde egli è volto in sempiterno pianto.

L'Hibero si duole.

DI NVNTIO MOTONE.

Il Sezzaio Otioso.

Hor che il velo mortal breue vrna asconde
De l'alta, e chiara, e nobil Margherita,
Che à la pari nel Ciel sua stella è gita,
A cui virtù l'anima altera infonde:
Non più queste acque infra le verdi sponde
Corran d'argento; e la vè al Sol l'vscita
Appressa nel mattin l'Alba fiorita,
E là vè Febo il dì chiude ne l'onde:
Pianga meco ogni fiume il commun duolo,
Cruda chiamando in rauco suon la sorte,
Che à noi sì ricca, e vaga gemma tolse.
Sì l'Hibero dicea, poiche à gran volo
Poggiasti al Ciel, spirto real, cui Morte
Dal caro stame de la vita sciolse.

La

La Reina à se stessa nell'atto della morte.

DI MONSIGNOR GIVLIO MOLES.

Il Saldo Otioso.

Hor che'l carcer vital Morte disserra,
E'l Re del Ciel più gloriosa, ed alma
Mi promette la sù corona, e palma,
A cui ne chiama, sua mercè, da terra.
Rendi à te stessa homai te stessa, ò terra;
Rendi, Natura, al suo Signor quest'alma,
Voi sensi al Mondo; e per sgombrar vil salma,
Accingeteui spirti à nobil guerra.
Colpa mi sfida, onde all'offeso io miro;
Fede e'l mio scudo, e le sue piaghe insieme
L'armi contra'l guerrier nemico interno.
Pietà sia l'elmo; e cinta il cor di speme,
Con questa in man celeste insegna, aspiro
Al sacro acquisto del suo Regno eterno.

Pompa funebre dell'Vniuerso nella morte della Reina.

DEL PRINCIPE DI STIGLIANO.

il Solitario Otioso.

Piramidi, Colossi, eccelsi marmi
Erga l'Ibero, e l'Indo al cener santo;
Et auuolte in oscuro, e fosco manto
Piangan meco le Muse in mesti carmi.
Schiera d'illustri effigie, e d'inuitte armi
De gli antichi Aui Regij, e'l proprio vanto
De l'inclite virtù preceda in tanto,
E immortal fama la conduca, e l'armi.
Cinto di nero, e tenebroso velo
Con suoi lumi accompagni il gran feretro
Splendendo insieme, e lagrimando il Cielo.
E la funebre pompa sieguan dietro
D'Angioli i Chori, e con pietoso zelo
Pace à lei prieghi il successor di Pietro.

L'Aqui-

L'Aquila impresa dell'Academia col motto *Non pigra quies,* dispone gli Academici à riguardar il Sole delle virtù della Reina, per esperimentare, se siano suoi degni figliuoli.

DI HETTORRE PIGNATELLO l'Occulto Otioso.

Poggia l'Aquila al Ciel da le nostre ime
Piagge, e de figli incontro al Sol nascente
Espon lo sguardo: ond'è che per suo stime
Lui, che il raggio via più sostien lucente.
De' suoi più chiari al tuo nouo Oriente,
Alma real, così questo sublime
Augel non pigro à lo splendore ardente
Di tue virtù versi riuolge, e rime.
E quel più degno haurà, che dal gran lume
Del tuo merto non vinto, ardito, e baldo
Fia che del tuo valor men lungi vole.
Ma chi sarà, che con l'infermi piume
L'alte tue glorie appressi? e del tuo Sole
Non arda al raggio rilucente, e caldo?

Al nome di Margherita.

DI FABRITIO MAROTTA il Stabile Otioso.

Quella hor sì cara à Dio, perla gradita,
Cui più candida, e pura, è più lucente
Non scorse huom mai dal'Orto a l'Occidente,
Di ricca conca à Dori in grembo vscita:
Da gli alati del Ciel spirti rapita,
Tra le stelle più chiare, in Oriente,
Tutta de' propi rai sfauilla ardente,
E quinci ogn'alma à vagheggiarla inuita.
Piacque al sourano Rè trà suoi tesori
